UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Nonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

Visual Library

cõmento. quod ſcilicet nõ propter tranſgreſſiones, ſed propter contumaciam excõmunicentur, quaſi non ſit hoc crudele ſatis, quod pauperem pro tantillo pretio trahunt per tãtum ſpacium, in tantas carnificinas ſuas. Sed hæc alias.

NONVM.

Id ſuper oĩa, & in ĩjs oĩbus conſyderandũ eſt, q̃d poteſtas Eccleſiæ cũ ſit Chriſti ptãs, licet pro noſtris peccatis, plerũq; tradatur Pilatis, Herodibus, Annis, & Caiphis, uiolentiſq; alijs tyrannis, noſtrũ tñ eſt, eam ſummis ſemp̃ ſtudijs reuereri & colere, exemplo Chriſti, qui ſic Annã, Caiphã, Pilatum honorauit. Ideo nec indigniſſimæ eiuſdem abuſiones, nos debent p̃mouere, quin quicq̃d ipſa fecerit, hilariter feramus, aut ſaltem cũ reuerentia declinemus. Nam tp̃s noſtrũ p̃iculoſiſſimũ eſt, ideo prudentiſſime oportet nos agere, ne propter p̃ſonas, poteſtatem pariter uilipendamus, imo propter poteſtatem, etiã uiliſſimas p̃ſonas honoremus. Sic em̃ iratus nobis dicit, Dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabuntur eis. Eſa. iij. Atq; ideo facilius efficiemus qñ cognoſcimus, q̃d in aĩæ profectũ uel defectũ nihil p̃nt niſi occaſionaliter & exercitatiue, & tẽtatiue (ut ita loquar) (agere.

DECIMVM.

Excõmunicatio iniuſta, nobiliſſimũ meritum eſt, ideo dulciter ferenda, ſi excuſationi tuæ humiliter p̃ſtitæ, locus nõ fuerit datus. Hic em̃ dices illud Pſal. cviij. Maledicent illi, & tu benedices. tantũ uide, ne poteſtatem cõtemnas, uis poteſtatis prodeſt, contemptus uero tete perdet. Nam ſi filio (ut dixi) imerito correpto, eo maior gratia matris accedit, poſtq̃ cognita fuerit eius innocentia patiens. quãto magis apud deũ maiorem gratiã conſequetur, ſi patienti innocentia etiã a matre ſua Eccleſia tulerit diſciplinã, immo ſi aduerſario iubemur conſentire, & benigni eſſe in uia, quanto magis dulciſſimæ matri Eccleſiæ, etiã ſi per indigniſſimos nos flagellet, Ipſa em̃ manet Mater, q̃a manet Eccleſia, manet autem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN